Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31247
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



77

tuam domine requiram faciem domini in qua
sola consistit tota gl̄a b̄torum quam videre vita
et̄na est ⁊ gl̄a sempit̄na b̄torum letetur ergo cor
qūercium dominum sed multo magis cor inue
niencium Si leticia est inqūendo qualis erit leti
cia in inueniendo Queram ergo semp̄ ardent̄ in
desinent̄ faciem tuam si quomodo michi tandem
ap̄ies ostium ⁊ portam iusticie ut intrem in gau
dium domini mei h̄ porta dn̄i iusti intrabūt meā · Cap 37 Orac ad Sanctam Trinitatem

O Tres coequales ⁊ coet̄ne p̄sone
deus vnus ⁊ uerus pater ⁊ filius
⁊ spiritus sanctus qui solus ha
bitas et̄nitatem ⁊ lucem inac
cessibilem Qui fundasti t̄ram
in potencia tua ⁊ regis orbem ī
prudencia filij ⁊ vniu̅sa gub̄nas
in clemencia spiritus sancti d̄s
deus deus sabbaoth t̄ribilis ⁊ fortis iustus ⁊ m̄icors
Amirabilis laudabilis amabilis vnus deus tres
p̄sone in vna ēencia potencia sap̄ia ⁊ clemencia
vna indiuisa trinitas Ap̄i michi clamanti portas
iusticie ⁊ ingressus in eas confitebor domino En
ad ostium tuum sum ad te p̄rem familias mendi
cus pulso Jube ap̄iri pulsanti qui dixisti pulsate
⁊ ap̄ietur uobis pulsant ad ostium tuum pat̄ mi
sericordissime desideria rugiencium p̄cordiorum
meorum ⁊ clamores lac̄rimarum oculorum meor̄
Ante te est omne desiderium meum ⁊ gemitus m̄s
a te non est absconditus Et tu domine ne auertas
faciem tuam a me ne declines in ira a seruo tuo ·
Pater m̄icordiarum audi eiulatum pupilli tui ·
⁊ porrige manum tuā optimam ad iutricem ut me
trahat de p̄fundo aquarum ⁊ de lacu miserie ⁊ de